



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCCLII. ad annum CCCCLXXX.

Parisiis, 1644

Epistola Caelestini Ad Cyrillvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14918

CÆLESTINVS P. I. C. ALEXAND. THEODOSIVS VALENTIN. IMPP. 675

EPISTOLA I. NESTORII
AD CÆLESTINVM.

FRATERNAS nobis inuicem debemus colloquutiones, vt vna * inter nos secundum obtinente concordia, &c. *infra Concil. Ephes. part. 1. cap. 16. pag. 345.*

EPISTOLA II. NESTORII
AD CÆLESTINVM.

SÆPE scripsi beatitudini tuæ propter Iulianum, Oron-
tium & ceteros. *Extat infra in Concil. Ephes. part. 1. cap. 17.
pag. 347.*

EPISTOLA CÆLESTINI
AD NESTORIVM.

Extat infra in actis Concilii Ephes. part. 1. cap. 18. pag. 349.

EPISTOLA CÆLESTINI
AD CYRILLVM.

Ibidem cap. 15. extat pag. 340.

ANNO
CHRISTI
430.

CONCILIVM ALEXANDRINVM
IN CAUSA NESTORII.

NOTA.

* *Concilium Alexandrinum.*] Cyrillus acceptis Cælestini literis, qui-
bus delegatam in causa Nestorii potestatem acceperat, statim coe-
git Synodum, in qua quatuor legati decernuntur hi: Theopentus &
Daniel episcopi: Potamon atque Macarius ecclesiæ Alexandrinæ
ministri. Hos cum literis Romani pontificis ad Nestorium ablega-
uit, præscripturos ei decem dierum spatium ad hæresin suam abiu-
randam. Addidit quasdam epistolas synodales, quarum vna cum
duodecim anathematismis, ad Nestorium delata est: reliquæ ad cle-
rum Constantinopolitanum, & patres monasteriorum scriptæ fue-
runt. Legati Constantinopolim profecti, die Dominica, dum syna-
xis in basilica haberetur, acceptas literas & anathematismos Nesto-
rio obtulerunt: quibus ille cum se in crastinum responsurum pollici-
tus esset, toto biduo delusit: tandem nec respondere quidquam di-
gnatus est. In peruersis dogmatibus docendis perseverans, pro more
hæreticorum ad declinandum iudicium ecclesiasticum, & ad eluden-

Acta huius
Concilii.